

presentibus ser Theodosio Alberti et ser Cuctio domini Bochamaioris testibus, et Nicholao ser Theodosii examinatore.

(cc. 128): Die, loco, testibus et examinatore predictis. Ser Johannes Petrache tanquam syndicus communis Spaleti, cum consensu et uoluntate dicti domini comitis et generalis consilii dicte ciuitatis Spaleti in palacio dicti communis ut moris est congregati, uice et nomine dicti communis, fuit contentus et confessus fore integre solutum et satisfactum dicto comuni a Nicola Mathey de duodecim ducatis de auro, quos dictus Nicola eidem comuni dare et soluere tenebatur pro affectu redditum turni cere communis pro primo anno, de quibus dictus syndicus, syndicario nomine dicti communis, fecit dicto Nicole finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, uolens quod omne instrumentum uel scriptura si qua apparet de predictis, tantum pro dicto primo anno sit cassa, uana et cancellata et nullius ualoris, promictens dictus syndicus, syndicario nomine prefato, per se et suos successores dicto Nicole, pro se et suis heredibus et successoribus recipienti, ipsum de cetero non molestare etc.

Die, loco, testibus et examinatore predictis. Ser Johannes Petrache tanquam syndicus communis et hominum ciuitatis Spaleti, cum consensu et uoluntate dicti domini comitis et generalis consilii ciuitatis predicte in palacio communis ut moris est congregati, uice et nomine dicti communis, fuit confessus et contentus fore ipsi comuni integre solutum et satisfactum a Siranno Formini de libris mille et centum uenetorum paruorum, quas dictus Sirannus dare et soluere tenebatur dicto comuni pro affectu redditum becharie et piscarie communis pro anno proxime preterito. Item de libris quinquaginta uenetorum paruorum, quas similiter dictus Sirannus dare et soluere tenebatur dicto comuni pro affectu redditum barchanii de tercio anno proxime preterito. De quibus omnibus dictus syndicus, syndicario nomine quo supra, fecit dicto Siranno finem, quietationem, remissionem et pactum de ulterius non petendo, uolens quod omne instrumentum uel scriptura si qua apparent de predictis, sint cassa, uana, cancellata et nullius ualoris, promictens etc.

Die, loco, testibus et examinatore predictis. Ser Johannes Petrache tanquam syndicus communis ciuitatis Spaleti, cum consensu et uoluntate dicti domini comitis et generalis consilii dicte ciuitatis in palacio communis ut moris est congregati, uice et nomine dicti communis, fuit confessus et contentus fore dicto comuni integre solutum et satisfactum a Nicola Duymi Peruosclau de libris septicentis et uiginti sex uenetorum paruorum, quas dictus Nicola eidem comuni dare tenebatur pro affectu molendinorum communis pro anno proxime preterito, de quibus dictus ser Johannes syndicus, syndicario nomine predicto, fecit dicto Nicole pro se